

Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

of the Holy Spirit, God, forever and ever.

2023-03-07

MASS PROPER: THE HOLY RELICS

MASS Multæ tribulatiónes (red)

INTROIT Psalms 33: 20-21

Multæ tribulatiónes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dóminus: Dóminus custodit ómnia ossa eórum: unum ex his non conterétur. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. ibid.: 2) Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Multæ tribulatiónes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dóminus: Dóminus custodit ómnia ossa eórum: unum ex his non conterétur. (T.P. Allelúja, allelúja.)

COLLECT

Auge in nobis, Dómine, resurrectiúnis fidem, qui in Sanctórum tuórum Relíquiis mirábília operáris: et fac nos immortalis glóriæ partícipes; cujus in eórum cinéribus pignora venerámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 44: 10-15

Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt: cum sémine eórum pérmanent bona, heréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum: et Fílii eórum propter illos usque in ætérnum manent: semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt, et nomen eórum vivit in generatióne et generatióne. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núntiet Ecclésia.

Many are the afflictions of the just, and out of these the Lord hath delivered them: the Lord keepeth all their bones; not one of them shall be broken. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. ibid.: 2) I will bless the Lord at all times: His praise shall be always in my mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Many are the afflictions of the just, and out of these the Lord hath delivered them: the Lord keepeth all their bones; not one of them shall be broken. (P.T. Alleluia, alleluia.)

Do thou, O Lord, increase our faith in the Resurrection, Thou that workest wonders in the relics of Thy saints: and make us partakers of that immortal glory, a pledge of which we venerate in their ashes. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

These are men of mercy, whose godly deeds have not failed: good things continue with their seed, their posterity are a holy inheritance, and their seed stood in the covenants: and their children for their sakes remain forever: their seed and their glory shall not be forsaken. Their bodies are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Let the people show forth their wisdom and the church declare their praise.

Errors? help@extraordinaryform.org

GRADUAL Psalms 149: 5, 1

Exsultábunt Sancti in glória: lætabúntur in cubilibus suis. Cantáte Dómino cánticum novum: laus ejus in ecclésia sanctorum.

LESSER ALLELUIA Psalms 67: 4

Allelúja, allelúja. Justi epuléntur et exsúltent in conspéctu Dei: et delecténtur in lætítia. Allelúja.

(After Septuagesima, the Lesser Alleluia is omitted and the following is said:)

TRACT Psalms 125: 5-6

Qui sémant in lácrimis, in gáudio metent. Eúntes ibant et fiébant, mitténtes semina sua. Venientes autem vénient cum exsultatióne, portántes manipulos suos.

(During Eastertide the Gradual, Alleluia and Tract are replaced by the following:)

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Sancti tui, Dómine, florébunt sicut lílium: et sicut odor bálsami erunt ante te. Allelúja. (Ps. 115: 15) Pretiósá in conspéctu Dómini mors Sanctorum ejus. Allelúja.

GOSPEL Luke 6: 17-23

In illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulorum ejus, et multitúdo copiosa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum et sanaréntur a languóribus suis. Et, qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse, elevátis óculis in discipulos suos, dicebat: Beáti, páuperes: quia vestrum

The saints shall rejoice in glory: they shall be joyful in their beds. Sing unto the Lord a new song: let His praise be in the Church of the Saints.

Allelúja, allelúja. And let the just feast, and rejoice before God: and be delighted with gladness. Allelúja.

Those that sow in tears shall reap rejoicing. Although they go forth weeping, carrying the seed to be sown. They shall come back rejoicing, carrying their sheaves.

Alleluia, alleluia. Thy Saints shall flourish like the lily, O Lord, and be as the odor of balsam before Thee. Alleluia. Precious in the sight of the Lord is the death of His Saints. Alleluia.

At that time, Jesus coming down with them stood in a plain place, and the company of His disciples, and a very great multitude of people from all of Judea, and Jerusalem, and the seacoast both of Tyre and Sidon, who were come to hear Him and to be healed of their diseases. And they that were troubled with unclean spirits were cured. And all the multitude sought to touch Him: for virtue went out from Him and healed all. And He, lifting up His eyes on His disciples,

est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabimini. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die et exsultáte: ecce enim, merces vestra multa est in cælo.

(From Septuagesima through Lent the Alleluia at the end of the Offertory is omitted.)

OFFERTORY Psalms 67: 36

Mirábilis Deus in Sanctis suis: Deus Israël, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ: benedíctus Deus, allelúja.

SECRET

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam: ut Sanctorum tuorum, quorum Relíquias venerámur, suffragántibus méritis, hóstia, quam offérimus, nostrorum sit expiatio delictorum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

COMMUNION Psalms 32: 1

Gaudéte, justi, in Dómino: rectas decet collaudatio. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Múltiplica super nos, quæsumus, Dómine, per hæc sancta, quæ súmpsimus, misericórdiam tuam: ut, sicut in tuorum solemnitate Sanctorum, quorum Relíquias cólimus, pia devotióne lætámur; ita eorum perpétua societate, te largiente, fruámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus

said: Blessed are ye poor: for yours is the kingdom of God. Blessed are ye that hunger now: for ye shall be filled. Blessed are ye that weep now: for you shall laugh. Blessed shall you be when men shall hate you, and when they shall separate you, and shall reproach you, and cast out your name as evil, for the Son of Man's sake. Be glad in that day and rejoice: for behold your reward is great in heaven.

God is wonderful in His saints: the God of Israel is He Who will give power and strength to His people: blessed be God. Allelúja.

We implore Thy clemency, O Lord: that by the interceding merits of Thy saints whose relics we venerate, this sacrifice which we offer may be an expiation of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Rejoice in the Lord, ye just: praise becometh the upright. (P.T. Alleluia.)

Multiply upon us Thy mercy, we beseech Thee, O Lord, through the sacraments which we have received: that even as with a pious devotion we rejoice in the solemnity of Thy saints whose relics we venerate, so also by Thy bountiful goodness we may enjoy their everlasting fellowship. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity